

DE TYCHONE BRAHE DANO, ASTRO-
NOMIÆ ARCANORVM INQVISITORE
EXIMIO, AC MATHEMATICAE DISCIPLINAE
Principe, ad IOHANNEM ANTONIVM MA-
GINVM, BONONIAE Mathematicum
Professorem celeberrimum:

O D E.

Quisque Musarum sapiens Sacerdos,
Arte qui diuâ dominatur Astris,
Laude nunc dignum super Astra BRAHE
Carminè tollat.

Insuper Phœbi chorus, atque Phœbus
Letus assurgens meditare decus
Quod datum nunc Astronomo perito
Nomine Diuisum.

Claritas floret meritò TYCHONIS,
Cui Iouis Stella & numerosa Virtus
Iam cingit, decoratque, ferens
Floreâ ferta.

Vt boni sensus hilarentur vsque,
Atque laudator populus supersit:
Fama miratrix volitans per Orbem
Viuat in Aeuum.

Ille Rex ATLAS sileat; PROMETHEVS
Non (luto formans homines) furetur
Amplius flammam ferulâ; stupefeat
CLAVDIVS ille.

Cedat HIPPARCHVS vetus is; quod hicce
Sidera, & Cœli faciem minutim
Nouit, & solus vigili labore
Cœlica pandit.

Quod COPERNICVM latuit, nec vllus
De polo tractans reserauit vnquam,
Iam potest nosci, benè iam videtur
Mente TYCHONIS.

Notio Cœli, celer atque motus
Aetheris tantum patet ac patefcet
Omnibus, multum vigilante DANO
Nocte dieque.

Quem precor supplex, properè absolutum
Vt det hoc ingens Opus expetitur.
Quod viris doctis placet & placebit
Omne per æuam.

OLIVERIVS TVBANELLVS, ITALVS. F.

A D